ventus respondebunt visitatores qui anno proximo sunt eum visitaturi; et  
professionem per D. Venzilaeum, emissam, in eadem domo Brunae approbamus  
et ratificamus ut habeat roborem firmitatem. — Prior est convicator.

Ch. 1413. Priori D. S. B. prope Bru. non fit n<sup>ra</sup>, et D. Georges vicarius dictae D.  
sit absolutus ab officio vicariatus, nec amodo habeat officium in ordine  
nisi fuerit per capitulum generale concessum. — Prior Brunae convicator prodest


Ch. 1414 Priori D. S. B. prope Br. non fit n<sup>ra</sup>, et concedimus, dum D. Georges man-  
erit in de Mogentiae, (quod?) solvat pro expensis suis quindecim ducatos pro  
omnibus, et satisfaciat priori Mogentiae de expensis quas fecerunt nuncii  
plures missi propter dictum D. Georgium ad dictam domum Brunae. —

Ch. 1415. Priori D. Br. non fit n<sup>ra</sup>, et concedimus quod D. Hieronimus hospes  
Brunae profiteatur ibidem, si prior et conventus Vallis s<sup>te</sup> Antonii voluerit  
recipere D. Wenceslaum hospitem in domo Lapidariae refugii ad professionem.

Ch. 1416. Priori D. prope Brunam non fit n<sup>ra</sup>.

Ch. 1417. Priori D. prope Bru. non fit n<sup>ra</sup>, et ordinamus de D. Georgio professo  
D. hunc pro nunc hospite D. Portae Montis, ut statim, visis presentibus, sine  
notabili mora arripiat iter versus Romam, thronae s<sup>te</sup> Trinitatis in Pletrach  
maneret ibi ad ordinis voluntatem; et praedictus prior Brunae solvat expensas  
domus Portae Montis de duobus annis pro quolibet ipsorum annorum quin-  
decim florenos; Prior vero throni procuret sibi expensas in via adjuncto  
sibi famulo ut possit pertingere ad domum supradictam, quamdiu autem  
ibi manserit solvat quaelibet illarum domorum medias expensas. Subibe-  
mus quoque dicto D. Georgio sub poena carceris ne praedictam domum  
quam de cetero audeat exire sine capituli generalis licentia et autoritate.

Et D. Henricus



Piores. - 1408-1424. - D. Nicolaus de Solnitz. -

Et D. Henricus de Brandenburg (de Brandeburgi, schm.) v ad et ad domum Po-  
meranie expensis domus ipsius Brunae. - Prior Brunae convit<sup>or</sup> prov<sup>ae</sup>  
ch. 1418. Prior de Brunae non sit inia. - ch. 1419 prior non sit inia. -  
ch. 1420. Prior de S. Br. prope Br. non sit inia. (et inpingitur visitatoribus ut  
ipsam visitent quam cito poterunt, schwengel via pars cetera pariter). Exhortamur  
conventum, ut de absentia in prioris habeant patientiam, propter odium  
civilitatem, ita et schwengel - Le Prieur fut nommé leur visitour a ce même chap.  
aux visitours il est dit: Domum Brunae visitabant Prior Throni cum socio  
quem duxerit eligendum. -

ch. 1421 Prior de Brunae non sit inia, et committitur ei ut collocaet tres  
monachos de domo Pragensi de quibus scribit, et in casu si hoc non prosit  
infra mensem provinciam, ut collocaet eos extra provinciam suam, (da chausse  
et schm.). Et solvat domui Florentiae quam citius poterit ante capitulum  
20 ducatos videlicet 10 pro vestibus et (10 pro?) pecunia mutata D. Geor-  
gio professo domus hae. - ita schwengel. -

ch. 1422. Prior de Brunae non sit inia, et de his quae scripsit respondet ebitur  
sibi ad partem. -


ch. 1423. Prior de S. Br. prope Brunam non sit inia. Et committitur sibi  
auctoritas emittendi a domo sua ad alias domos hae provinciae mo-  
nachos qui hoc petent, si et quando necessitas hoc requirit occasione  
persecutionis haereticorum. - (Bohemorum). - voir à Gaming prope V. Georgio.

Au chapitre de 1424 Prior Brunae est le diffinitor capituli gen.

An. 1426 Prior de Br. non sit inia. est encore leur visitour. -

En sept. 1424 fut nommé prieur de Gaming par le R. P. dit la Chronique  
de Gaming. - Et en effet en 1425 le Prieur de Gaming est leur visitour.  
D. Nicolas a été convitour 1412-1414, 1417, 1419-1420 et  
leur visitour 1420-1428. - Prior Gaming. 1424-1430 et est  
mort Prior Vallis Josephat le 16 Janvier 1435. -

ch. 1435 obit. D. Nicolaus Crucis prior de Vallis Josephat, dudum prior  
de Throni et antea prior de Brunae, professor de Prague et ultimo professor  
in de Throni Marice qui hab. ut plerumq. monachatum cum suis aliteris.  
par tot end.



Piores. — 1408-1426. D. Nicolaus de Solnitz. —

per totum ordinem, cujus dies obitus scribatur in calendariis decimo septimo  
calendas februarii. (16 Janvier. — Le nécrologe de Gaming et le catalogue de  
Priours de Vallis Joseph et marquent aussi sa mort au 16 Janvier 1435. —

A été prieur Vallis Joseph de 1432 à 1435. — Il fut encore 3<sup>e</sup> définitour  
au chapitre général de 1420, et 2<sup>e</sup> définitour à celui de 1426. —

1871  
1872  
1873  
1874

1875

1876

1877

1878

D! Brunae, Pious et sacerdot. claustr

Januari.

3. D. Antonius Tubianus prof<sup>us</sup> in Fieditz Prior Br. ch. 1669.  
" D. Sigismundus prof<sup>us</sup> olm. Prior Br. ch. 1577.  
17. D. Pancratius Prior Br. ch. 1682.

Febru.

2. D. Jacobus prof<sup>us</sup> Gemnic. et Prior Br. + ch. 1685.  
14. D. Marcus prior Brunae . 57.  
" D. Petrus Glaser prof<sup>us</sup> et prior Brunae 1751. 58.  
15. D. Matthias prof<sup>us</sup> de Gemnic et Aspach olim Prior Br.  
" D. Pancratius prof<sup>us</sup> Neusdachs Prior Br.

Mars.

5. D. Martinus Schenderg prof<sup>us</sup> et prior Herbipolensi olim prior Br.

April

3. D. Joannes Vogelius prof<sup>us</sup> Herbipolensi olim Prior Br.  
25. D. Joannes Prior Br.  
" D. Joannes Grenda prior Br.  
" D. Celestius Pr<sup>ior</sup> Br.  
28. D. Michael olim prior in Aspach et Braunel. 1577. — + ch. 1578

Mai

22. D. Georgius Prior Br. prof<sup>us</sup> Gemnic. 1571. 206. + ch. 1572.  
27. D. Ambrosius Hager Prior Br.  
27. D. Jacobus Stomatarius Prior Br.

Juni.

12. D. Thomas Prior Br. ch. 1577 + ch. 1583.  
" D. Bernardus Prior Br.  
29. D. Martinus Schenderg prof<sup>us</sup> Herbipol. et Prior Br.  
Johanni D. Georgius prof<sup>us</sup> Gemnic. prior Br. + ch. 1572.  
11 Juli D. Casparus Prior Br. qui 50 an. in ord<sup>ine</sup> religionis vixit 1533. — 1562. + ch. 1533.  
15 Juli D. Albrechtus Fauschke prof<sup>us</sup> et prior Br. 1719. 222 —  
19 Aug. D. Bruno prior Br. et olim vint<sup>us</sup> pro<sup>us</sup> ol<sup>us</sup>  
11 Aug. D. Mariacus Hoffnerus prof<sup>us</sup> et prior Brunae 1676. 319.  
19 Aug. D. Dionysius Mezger Prior Br. prof<sup>us</sup> Brunae 1597. — 327.

- 29 Aug. D. Alexander Pzgerowsky prof<sup>us</sup> et prior Brunae 1597. 335.
- 1<sup>st</sup> Sept. D. Bernardus Prior Br. 1684. 323.
- 11 Sept. D. Paulus Prior Br.
- 24 Sept. D. Wenceslaus Valentinii ff. off. prior Br. 1736. 385.
- 2 Oct. D. Martinus Febri Prior Brunae olim Rector Br.
- 16 Oct. D. Hieronymus Pr Br. ??? Feb. 1579.
- 10 Nov. D. Antonius ff. olomuc. Prior Gamuio et Br.
- 10 Nov. D. Antonius Valmarus ff. in ostravia, olim Rector Brunae, vic. et procc. olomuc.
- 1<sup>st</sup> Dec. D. Petrus Winterer ff. cast<sup>us</sup> Prior Hilberii et olim Brunae. 1620. 454.
- 1<sup>st</sup> Dec. D. Georgius Fritz ff. in kity Prior Br. 1617.
- 25 Dec. D. Hippolytus ff. et prior Br. 1598. 476. —


# Cartusia <sup>h<sup>mo</sup></sup> Trinitatis prope Brunam, —



Nota. — Les documents suivants sont extraits de « Codex Diplomaticus et epistolarius Moraviae » par Vincent Brandl. Le 10<sup>e</sup> vol. Brünn. 1878. —

1375, 13 Aug. — Jean Marquis (Margrave) de Moravie fonde une chartreuse à Königsfeld près de Brünn. —


In nomine sancte et individue trinitatis feliciter Amen. Cum ecclesia militans assidue oppressa adversitatum, incursibus, insidiis inquietis et periculis expedita circumquaque diversos nutrit filios, qui armis spiritibus contra seculi hostem, humani generis dimicare non desinant et adversus ipsius fausta viriliter se munda, illos tamen tenerioris affectus dulcedine tenetis fovere et protegi, qui veluti pugiles et victores precipue per vitam solitariam, a mundanis illaebis expediti et a terrenorum, contagiis plus exerce agiliores se reddunt in certamine pro corona, qua victores triumphali gaudio et re promissione regis sterani perhanni merebuntur gloria coronari. Hinc est, quod nos Johannes Dei gratia Marchio Moravia notificamus tenore presentium, universis: quod animo deliberato, non per errorem, aut improvide, sed anno Illustrissimorum Principum, Todeci primogeniti, Johannis dicti Jobekai secundo geniti et Procopii terciogeniti, filiorum, nostrorum, carissimorum, necnon Illustris Elizabetha conthoralis nostre carissime, accedentibus consensu et consilio, ac certe nostra scientia ad iustar quorundam divorum, principum, quorum gesta magna post vitam morientium, meruerunt vivere memoria eternali, cupientes aliquid operis operari, per quod memoria hominis hujusmodi operantis opus in successuris generationibus vivere videretur, ad hoc vigilanter intendere curavit nostra dignatio, quod saltem sacra ille ordo Cartusie nostris precordis non mediocriter insidens, utro te cuius probitatis merita plus redolere credimus apud Deum, pro nos primem, in Marchionatus nostri Dominio plantatus et locum, in quo divinis vasat laudibus, asseclatus nostram memoriam, post hanc vitam mortalem, veluti cum justis Christifidelibus perhennet in gaudio permanuram, aream, sive habitacionem, nostram in  
villa



1375, 13 Aug. —

villa Künigsfelden situatam, quam estimantes habiles, pro erectione monasterii  
et conventus ordinis Cartus., quod ob sancte trinitatis reverentiam, et perpetuam  
memoriam, fundare, construere, erigere et dotare, ac divina inspirante dem-  
-entia feliciter consummare disposuimus et volumus prefatum locum, sive  
monasterium, proprio vocabulo sancte trinitatis cenobium, in antea nuncupari,  
cum omnibus suis edificiis, meliorationibus seu augmentationibus, pomeriis,  
agris cultis et incultis, ortis, pratis, virgultis, silvis, introitibus seu exitibus  
aquarum, censibus, piscariis, piscationibus et jure piscandi in riparia dicta  
Ponaw, et specialiter magnam novam piscinam, seu lacum, subitus jacentem,  
cum fundamento et littoribus suis circumquaque ac aliis rebus in dicta villa  
Künigsfelden situatibus, quorum etiam, habitationem, cum suis pertinentiis erga  
Ditlinum, et Katherinam, ipsius uxorem, legitimam, et Ortlinum, dictum,  
Lankwicz et uxorem, suam, civis civitatis Brunnenis, fideles nostros dilec-  
-tos, pro quadam certa summa pecunie rite et rationabiliter comparavimus,  
justo titulo emptionis, et fratribus prefati ordinis, ut in ea claustrum, cum  
habitationibus, que proprie et duodecim, suis confratribus monachis  
sacerdotibus, conversis et familia competente numero pro nostris sumptibus  
justa ordinis prefati consuetudinem, et septis per gyrum, decentibus, prout  
prefatis priori et conventui visum fuerit expedire, similiter communiari  
et firmari ordinent et disponant, edimus, tradimus, contulimus et  
donavimus, damus, tradimus, conferimus cum infrascriptis bonis irrevoca-  
-bilibiter vigore presentium, et donamus per prefatos fratres imperpetuum  
possidendis et uti fructibus, nichil se potestate, auctoritate vel jure, quocum-  
-que nomina censeantur, in predictis nobis vel heredibus nostris reser-  
-vantes. Item pro sustentatione totius conventus et aliarum indigentiarum,  
ultra prefatam aream in Künigsfelden supradictam, novam, nostram fun-  
-dacionem bonis seu redditibus subscriptis dotavimus et per presentes dota-  
-mus: in primis molendinum, situm super Czvitariam et Marzavam  
rytos in loco, qui vulgariter Derrndrussel nuncupatur, quod circa Johan-  
-nem, Slemkital et Chünlain, legitimam, eius uxorem, fideles nostros dilectos,  
pro quadringentis et quinquaginta marcis grossorum, pragantium, mora-


vici pagamentis



1375, 13 Aug. —

vici pagamenti comparavimus cum area, agris, censibus, edificiis, piscariis, pomeriis, ortis, pratis, virgultis, villulis, jurisdictionibus, exitibus equorum, et singulis pertinentiis, quovis etiam nomine censentur. Item unam vineam, per nos comparatam, jura montana ac decimas ad nos spectantes in villa dicta Obrgan, cum omni jure et consuetudine vel ad nos actenus possedimus et villam nostram, dictam Stiglich, cum silva Heyholz, dicta silva tamen communis exclusa et villam nostram, dictam Czernowicz cum omnibus earum pertinentiis ac juribus, prefatis fratribus et conventui ac pro ipsorum sustentatione reddimus, donavimus, appropriavimus, contulimus, damus, donamus, appropriamus, conferimus, presentibus et largimur predicta omnia et singula vel ad nos pervenierunt tenendi, uti fruendi et perpetuo possidendi tanquam deo oblata et donata, nichil nobis, heredibus seu successoribus nostris Marchionibus Moraviae juris penitus reservantes. Ceterum, re predictam fundacionem nostram, universis et singulis libertatibus, graciis, immunitatibus, prerogativis subscriptis liberahiter et irrevocabiliter per nos, heredes et successores nostros Marchiones Moraviae moti tante religionis sinceritate et simplicitate esse decernimus munendam: primo videlicet, quod prefata nostra fundacio fundes et monasterium, in Kingsfeld ad sanctam Trinitatem, necnon homines, bona fratrum, predictorum, in nostra, hereditum, et successorum, nostrorum, Marchionum, Moraviae tunc iure esse debeant perpetua et manere. Item predictos fratres, homines, loca et bona eorum, que in presenti habent seu in futurum, habituri fuerint, quovis nomine appellari valeant, absolvimus, eximimus et omnino libertamus ab omni jurisdictione civili, iugo, iudicio, gravamine, exactione et onere, quibus per nostros officiales videlicet camerarium, magistrum curie ac ceteros officiales seu officiales nostros, qui nunc sunt seu pro tempore fuerint, vel per quospiam, alium, ipsorum vicegerentem, possent onerari quomodolibet seu gravari, absolventes nichilominus predictos fratres, homines, villas et bona eorum, predicta ab omni jurisdictione terre Moraviae. — Item predictos fratres cum omnibus

bonis et



1375, 13 Aug. -

bonis et locis eorum predictis, que nunc habent seu in futurum iusto titulo habituri fuerint, ab omni steura, exactione, contributione, subsidio, dacione, logunga, solutione, labore, robotta, vectura, dono et gravamine quocumque absolvimus et libertamus, excepta bernam generali, quam ipsorum homines, quociens et casus obtulerit, solvere tenebuntur; de agriculturis vero suis, quas propriis sumptibus colunt, quas ad presens habent, ad bernam non tenebuntur. - Item damus se predictis patribus super omnes homines, quos nunc habent vel habituri sunt in futurum, omnia iudicia iudicancia in singulis causis et casibus, que rebus et pecuniis debent et poterint emendari, iudicandi et emendandi plenam potestatem. - Item nullus baronum, nobilium, seu alii cuiuscunque status vel conditionis, cum hominibus ipsorum fratrum, quicquam agere habeant, nisi ad hoc fuerint specialiter rogati. - Item in quibuscunque locis ipsorum et quando cunque aliquis subditorum, morum in quamcunque personam, violentam manum injecerit et eam, vulneraverit, super illo delicto nemo iudicare habeat, nisi soli fratres suprascripti. - Si vero vulneratus ex eadem lesione moritus, adhuc officiales nostri reum criminis huiusmodi ab officialibus sive iudicibus predictorum fratrum postulare non debeant, nisi probata fuerit veritas talis homicidii in iudicio manifesto. Qui vero mortis sententiam meruisset, velud cum iugulo cinctus fuerit seu existit, ad postulacionem officialium nostrorum non prioris aut fratrum promissorum, sed ipsorum iudicum, ipsi iudices nostris officialibus sive iudicibus eundem presentare tenebuntur, solo excepto eo, qui propter causas honorabiles confugerit ad septem monasterium suprascriptum. - Volumus etiam, quod omnia bona mobilia et immobilia talium hominum, monasterii ratione excessuum patrum, ad prefatam nostram fundacionem devolvi debeant integraliter et omnino, quacunque consuetudine in contrarium, non obstante. Inhibemus etiam, districte sub obtentu nostre gracie tam presentibus quam futuris, quod nemo in clastro fratrum predictorum, nec non bonis, villis, curiis, quocumque nomine censeantur, propter pausionem, talem, seu quai, ita videlicet, ut sibi de expensis prodeatur, pausionem seel nocturnam recipere

*[The page contains extremely faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is too light to transcribe accurately.]*

1375, 13 Aug. -

-urum recipere vel postulare debeat de jure vel de facto, nisi per ipsos fratres fuerit specialiter invitatus. Item facimus hanc gratiam, specialem, predictis fratribus nostre fundacionis, ut omnia et singula victualia, vestes, et alia quecumque pro ipsorum necessitate per terram, seu aquam, sine omni solutione theolonii, exacione mure ac dono libere apportare et deducere valeant impedimento quolibet procul moto. - Jus ipsorum ad majorem, et forciorem defensionem sepe dicte nostre fundacionis non propter aliquod temporale emolumentum, sed pure propter sanctam Trinitatem, et beatam virginem, Mariam, ac sanctum, Johannem, Baptistam, advocacionem, seu tuitionem nobis, nostris heredibus et successoribus universis pro usibus et utilitatibus dicte fundacionis nostre reservamus, nulli unquam, nisi prior et consentus prefate domus pro aliquo ad tempus rogaverint et quem, ipsi fratres prior et consentus instituerint vel elegerint pro advocato, quoadvis nobis aut nostris successoribus et eis dem, fratribus placuerit committendum. - Plenam etiam, potestatem, predictis fratribus tradimus et donamus, omnes suos officiatos, et delictos advocatos, judices vel scabinos instituire et destituere ac mutare, prout ipsis visum, fuerit expedire. - Item interdiximus et firmiter sub obtentu nostre gratie et penis si voluerit citari subscriptis, inhibemus universis et singulis officiatis nostris per marchionatum, nostrum ac aliis quibuscumque personis, ne ipsos fratres in claustro vel extra videlicet in grangis, ortis, curiis, domibus, campis, villis, vel homines eorum, hospitalitate, inquietudine, rerum ablacione, canum venancium, sustentacione et etiam, gratamine quocumque modo tam in <sup>guerra</sup> guerra quam extra guerra, molestant seu gravent aliquantulum vel perturbent. - Volumus etiam, omnino et firmum esse sancimus, ut univere et singule libertates, immunitates, prerogative et gratie a nobis nostre fundacioni concesse, ut premissum est, ab omnibus inviolabiliter observentur. - Quicumque autem tenorem, hujus privilegii libertates, personas, res vel bona ipsius monasterii in aliquo violando vel dampnificando infregerit, omne dampnum, quod exinde contrahit, tenetur et debet ipsis fratribus dupliciter restituere; quod si infra mensem, a lesione illata non fecerit, nobis et successoribus nostris universis pro qualibet transgressionem


Faint, illegible text covering the page, likely bleed-through from the reverse side. The text is too light to transcribe accurately.

1375. 13 Aug. —

transgressionem centum marcas puri argenti sine remissione ad cameram nostram  
solvere teneatur et nichilominus dignitate, si quam a nobis tenuerit, sit privata.  
Ut autem hec nostra fundacio cum omnibus donationibus, libertatibus, im-  
munitatibus, prerogativis et graciis, prout premissum est, robur obtineat  
perpetue firmitatis, presentem paginam, cum acum nostris libris antedictis  
tradimus nostrorum, sigillorum, appensione roboratam. Nos vero Todeus,  
Johannes dictus Jobslaus et Procopius predicti tan, salubri paterno propo-  
sito assensientes et quam plurimum, congruentes repetitam, tuam fun-  
dacionem, quam etiam, nostram, sicut vere est, reputamus, videlicet  
locum, seu conventum, sancte trinitatis cum universis et singulis donacio-  
nibus et assignacionibus libertatum, immunitatum, prerogativarum  
et graciarum, ejusdem ac fratrum, et hominum, possessionumque, quocun-  
que nomine censentur, prout in his et aliis fortassis litteris prius datis  
vel dandis expressum est vel de cetero exprimetur, et certa nostra scien-  
tia ratificamus, approbamus et presentis scripti patrocinio confirma-  
mus ac sigillorum, nostrorum, propriorum, munimine irrevocabiliter  
communimus, universis et singulis, ad quorum, noticiam, presentes littere  
pervererint, unacum, dicto domino et genitore nostro stricte et firmiter  
inhibentes, ne quitquam, contra donacionem, assignacionem, appropriaci-  
onem, ac literas prenotatas et presentes quacunque temeritate nec pres-  
umpcione audeant attemptare. Quicumque autem, contra predicta venire  
presumpserit, gravem, nostram, heredumque nostrorum, ac successorum,  
universorum, indignacionem, secundum, culpe qualitatem, et modum, cum,  
omni pena et emenda, ut premissum est, se nos erit incursum. —

Datum, Brumme anno Domini Millesimo Trecentesimo Septuagesimo quinto  
in die sancti Ypoliti martiris. (1375, 13 Aug.) —

(Orig. Perg. mit 2 h. sig. im Archive des Kl. Reigern. Das erste sig. des Mark-  
-grafen Johann ist ein Doppelsig., am Averse eines Reiter darstellend, welcher  
in der linken einem mit dem mähr. Adler versehenen Schild, in der rechten eine  
Fahne gleichfalls mit dem Adler versehen, hält, die Rückseite des sig. ist das gew-  
-öhnliche mährische Wappen. Das zweite sig. des Markgrafen, Todek zeigt im 1. und  
3. Felde einen



1375, 13 Aug. —


3. Felde einen Helm, im 2. und 4. Felde den mähr. Adler; das Sig. des Markgrafen Prokop und Johann Soběslav zeigen den mährischen Adler). —

Ita verba diplomaticus Moraviae t. 10 n. 258 pag. 268-271. —

1375, 16 Aug. — Jean, évêque d'Olmütz, approuve et confirme la fondation de la chartreuse de Königsfeld. —

Dei et apostolice sedis gratia Olmuceusis episcopus Johannes. Notum facimus tenore presentium, universis, quod vice et nomine illustris ac magnifici Principis et Domini Domini Johannis Marchionis Moraviae, carissimi nostri compatrie et Domini gratiosi, oblata nobis continet at peticio, quatenus infra-scriptas eiusdem, honorabilis et salutifere fundacionis ipsius approbare, ratificare et auctoritate ordinaria confirmare vellemus, quarum tenor per omnia sequitur in hec verba: ... (voir le ne précédent). — Nos igitur attendentes prefate magnifici principis rationabile, honestum, rymos felix et salubre fore propositum, presertim, cum divini cultus ex hoc augetur celebritas et ad ipsius exemplum, aliorum principum corda ad eousimilis devocionis insignia poterunt auctore Domino feliciter animari, ut tante et tam celebri rei principium, mediis dorescat insignibus et felicibus auspiciis in Domino terminetur; animo aliberato, sapienter, nostrorum, communicato consilio, invocato Dei nomine et ad honorem summe et individue trinitatis, nec non ad laudem, gloriosissime virginis matris eius (sic), auctoritate ordinaria, qua fungimur, hyperdictas literas, donacionem, appropriacionem, unicionem, incorporacionem, adinveccionem, et erogacionem, omnium predictorum, bonorum, sub omnibus modis, pertinentiis et condicionibus, prout expressantur superius et alia omnia et singula contenta inibi in omnibus suis tenoribus, sentenciis, punctis et clausulis de verbo ad verbum, prout expressantur superius, ad instanciam, et rogatum, nec non beneplicitum, magnifici principis eiusdem, approbamus, ratificamus et de certa nostra scientia confirmamus, universa et singula bona predicta cum omnibus suis redditibus, censibus, fructibus, utilitatibus, obrenciaibus et pertinentiis, sicut premittitur, juri ecclesie castice submittentes, ut

amodo in



1375, 16 Aug. —

amodo in antea libertate, privilegio et gracia ecclesiasticis gaudeant, quod-  
que jura quelibet, proprietates, dominia, redditus et proventus omnium bonorum  
predictorum, amodo in antea, dum et quocumque oportunitas illud exegerit,  
pro commodis, bono statu et quiete dictorum fratrum, et conventus ibidem,  
per censuram ecclesiasticam, exigi valeant et requiri, scilicet semper juri-  
bus prefati magnifici principis domini Marchionis Moravie, heredum, et  
successorum suorum, Moravie Marchionem, illis presertim, de quibus clara  
specifica et distincta fit mentio in ipsius originalibus literis supradictis.

Honorabilibus et prudentibus viris dominis Bedrico decano, Friderico  
preposito, Petro scolastico, Nicolao Brunneni, Alberto Chremstirensi pro-  
-pósito, sancto officiali, Tarozlao et Woyezichone, Johanne de Boskowitz,  
decano Chremstirensi, Nicolao et Francisco de Gebiczka, canonicis Olomucensis  
ecclesie nostre et aliis quam pluribus fide dignis testibus ad premissa.

Presentium, sub appenso nostro sigillo testimonio litterarum, Datum in  
castro nostro Modricz Anno Domini Millesimo trecentesimo septuagesimo  
quinto in crastino Assumptionis beate Marie matris et virginis gloriose <sup>(1375, 16 Aug.)</sup>


Et ego Johannes quondam, Conradi dicti Reichmet de Gylubus en, Mogun-  
tinentis Diocesis, publicus auctoritate apostolica et imperiali notarius, una  
cum predictis testibus, omnibus predictis, videlicet ratificationi, approbatio-  
ni et confirmationi, nec non ab eis dependentibus, dum sic a supradicta  
reverendo in Christo patre ac domino, domino Johanne Olomucensi episcopo  
peterentur et fierent, presens interfui et ea ad mandatum, supradicti domi-  
ni mei episcopi manu propria conscripsi et solito meo signo signavi in  
evidens testimonium, omnium premissorum, anno, die et loco superius expressatis.

(Orig. perg. h. lig. in Arch. des Kl. Raigern.)

Ita legitur diplom. Moravice t. 10 n. 259 pag. 272-273. —

1376, 19 Januarii. — Jodocus, Margrave de Moravie, donne  
à la chartreuse de Königsfeld tout ce que lui a donné son père défunt.

Serenissimus princeps et dominus dominus Jodocus marchio Moravie  
et fundacione nova, quam olim serenissimus princeps dominus marchio genitor  
ipsius dominus




1376, 19 Januarii. —

ipsius dominus Johannes pie recordacionis pro officio sancte trinitatis et beatissime virginis Marie et beati Johannis Baptiste pro ordine perpetuo servando et divino cultu in Novavilla, que vulgo Kunygsfeld nuncupatur, priori et conventui ordinis Cartusienensis ipsam aream, ibidem, fundacionis cum omnibus suis edificiis, melioracionibus seu augmentacionibus, pomeriis, agris cultis et incultis, ortis, pratis, vineis, censibus, piscariis et jure piscandi in riparia dicta Panaw, et specialiter magnam, novam, piscinam, subter jacentem, cum fundamento et litoribus suis circumquaque, ac aliis singulis et universis suis pertinenciis, item, molendinam supra Esmitariam, et Marezariam, rivos in loco, qui vocatur vulgo Dorrendrusl et area molendini cum attinentibus sibi manis ac agris, censibus, edificiis, piscariis, pomeriis, ortis, pratis, virgultis, villulis, jurisdictionibus, pleno dominio, et in eam, unam, in Obzgas cum decimis ipsius et jure montano ibidem, et pleno dominio, villam Staliez cum silva dicta Hayholez, cum omnibus suis juribus et pleno dominio et pertinenciis universis, Gernowicz villam totam, et integram, cum suis libertatibus, proprietatibus, usufructibus, pleno jure et dominio, nichil penitus juris, proprietatis et domini in supradictis omnibus bonis sibi et suis heredibus reservans, juxta etiam tenorem, literarum, originalium, quas generator felicis recordacionis dominus noster Johannes marchio Moravie antedictus clarius et evidencius super dicta fundacione et bonis ipsius confectas ipsi monasterio tribuit, prout de verbo ad verbum, lucidius in hiis continetur, eadem, monasterio condescendentes libere damus et assignamus temporibus perpetuis possidenda. — (Aus der ger. Brünn-Landtafel.) —

Ita coram Diplomatus Moravia t. XI n. 19 pag. 20. — 1885. —

1376, 15 Maii. — Copie, donnée à la 4<sup>e</sup> Chartreuse, d'une bulle de Grégoire XI, du 15 Mai 1371, pour la chartreuse de Königfeld. —

Gregorius episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam, suadet religionis honestat et debitum, rationis exprobit, ut religiosa loca et persone in eis sub religionis observancia virtutum, Domino grati famulatus obsequia impentura benignis favoribus ac graciarum, et privilegiorum, exhibitionibus



1376, 15 Maii —

exhibitionibus per sedem apostolicam, foveantur, ut eo magis eadem persone  
juzum Domini perferant, quo et ipse et loca eorum, majori prerogativa liber-  
tatem fuerint communitate. Hinc est, quod nos dilectorum, filiorum, prioris  
et conventus domus Cartusie Gratianopolitane<sup>us</sup> diocesis supplicationibus  
inclinati, ut omnia privilegia predictae domus<sup>is</sup> Cartusianis et alius domibus  
Cartusianis ordinis a predecessoribus nostris in pontificibus concessa ad om-  
nes et singulas domus dicti ordinis extunc edificatas et edificari inchoatas  
ac etiam impropterum, inchoandas, cum canonice fundate et edificate fue-  
rit<sup>erint</sup>, se extendat<sup>ant</sup> et quod domus ipse et persone, que in eis pro  
tempore morabuntur, omnibus et singulis privilegiis hujusmodi gaudeant,  
sicut gaudent domus Cartusie et alie domus antedictae ac persone prefate  
regentes in ipsis, eisdem, priori et conventui ac ordini auctoritate apos-  
tolica concedimus de gracia speciali. Nulli ergo omnino hominum, liceat  
hanc paginam, nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contra-  
ire. Siquis autem, hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipo-  
tentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum, ejus se noverit incurse-  
rum. Datum, Avinionae sub Marcii pontificatus nostre anno primo (1376, 15 Maii).


Datum, per copiam, sub sigillo autentico domus majoris Cartusianis  
ordinis anno Domini Milleesimo CCC<sup>o</sup> LXXVI. XV die mensis Maii. —

(Orig. Perg. h. sig. in Arch. des Kl. Raigern.) —

Ita Codex diplom. et Moraviae t. XI pag. 34 n. 38. —


1376, 15 Maii. — Le R. P. Général D. Guillaume accorde des  
prières au Margrave Tasse, et unit à l'Ordre la chartreuse de  
Königsfeld. —

Serenissimo principi nobisque in Christo precarissimo Domino Totto co-  
divina providencia Marchioni Moraviae frater Guillelmus, humilis  
prior Majoris domus cartusie, ceterique diffinitores nostri capituli gen-  
eralis recommendationem humilem et incrementa continua vite salutatis.  
Quando quidem, venerande memorie domino Johanne patre vestro Marchi-  
one Moraviae vitam universam carnis <sup>catholice</sup> ingrediente et non minus venerande  
vite divine



- 1376, 15 Maii -

vite filium, in paternum thronum, Dei gracia non solum legitime succedente, sed et inceptum paternum, usque ad optatum finem, perducere sat agente ad immensas laudes prompimus salvatoris, qui de lumbis patris talem produxit filium, qui patris adimpleret voluntatem, et quod nostro generali capitulo domique Cartusie jam per quinque annos propter incendium, destructa donariis inclitis liberaliter subvenistis, pro quibus quantum possumus secundum nostram parvitatem, nos et totum nostrum capitulum, generale vestre dominationi debitas referimus gratiarum actiones. - Et ut tam sancte et carissime caritati vestre valeamus respondere, in presenti capitulo diximus ordinandum, ut statim post acceptam cartam, nostri capitali per omnes domos ordinis nostri unum, tricenarium, de spirite sancto, quod XXX missas includit, pro vobis in qualibet domo singulariter celebretur, ut ipse spiritus sanctus vitam vestram, et statum, dirigat in presenti et animam vestram, sanctorum horum consorcio jungat in futuro. Denique de legalitate vestra per carissimum fratrem nostrum, gotfridum, priorem vestrum, nos a fundacionibus videlicet domus sancte trinitatis, plenius informate supplicationibus ejus pro parte vestra nobis super hoc factis inclinati, sed et consolacionem anime memorati principis patris vestri vestramque devocionem, non mediocriter attendentes prefatam domum, sancte trinitatis prope Brunam, per memoratum principem patrem vestrum, ut premittitur, inceptam, per vestram autem magnificenciam, usque ad finem optatum, donante domino perducendam, nobis et nostro ordini concordis animo et deliberata voluntate associavimus et incorporavimus in eternum, eamque sic unam de domibus nostri ordinis tenemus et nostri appellamus corporis membrum, ut in ea psalmodum, vigiliarum, jejuniorum, et missarum, ceterorumque nostri ordinis fructus crescant et floream, quibus christiani spiritus velut in cibis regalibus et deliciis exultent; exhortantes devotam vestram magnificenciam, quatenus hujusmodi novam sponsam, videlicet fundacionem vestram, per vos Deo dicatam, edificis et redditibus possessionibusque et aliis necessariis corporalibus taliter dotare curetis, ne propter




- 1376, 15 Mai -

ne propter defectum temporalium exercitium minime cogatur in  
ca aeternorum. Facientes in premissis, quod ipso Dei filio prestante  
participes fieri mereamini omnium, bonorum, spiritualium, que  
sunt in toto ordine, autem una cum patre vestro defuncto mereami-  
ni per totum ordinem, monachatum, possidere. Datum, Cartusie  
anno Domini Millesimo CCC<sup>mo</sup> LXXVI<sup>o</sup> die XV mensis Maii nostro  
sedente capitulo generali. - (Orig. Perg. h. sig. im Arch. d. K. K. Reichs.)  
Ha. Codex Diplomat. Moraviae t. XI n<sup>o</sup> 39 pag. 34-35. -

1376, 17 sept. - Cholomannus, Prévot de l'église de <sup>Neuburg.</sup> Neunburg,  
conservateur des privilèges des chartreux, communique ses pouvoirs  
à l'abbé Scotorum de Vienne, pour procéder contre Styboslaus, prévot  
de Luha, O. <sup>th</sup> Ben. qui a enlevé des chevaux de la chartreuse de  
Königsfeld. -

Cholomannus Dei gracia prepositus canonicorum, regularium, ec-  
clesie Neunburgensis, ordinis sancti Augustini, Pataviensis diocesis,  
conservator ad infrascripta a sede apostolica <sup>cum</sup> clausulis sequentibus,  
locis et personis ordinis Cartusienis, Taurinensis et Pragensis provin-  
ciarum, et diocesis deputatus, venerabili in christo patri domino...  
abbati Scotorum, Viennensi, ordinis sancti Benedicti, dicte Pataviensis  
diocesis, salutem in domino et infrascriptis nostris mandatis et veris apos-  
tolicis firmiter obedire. Noveritis nos literas apostolicas recepisse reverenter,  
quarum principium sonat: « Gregorius episcopus servus servorum Dei, venera-  
bilibus patribus... Pragensi et Taurinensi episcopis ac dilecto filio... prepos-  
ito ecclesie Neunburgensis, Pataviensis diocesis, salutem et apostolicam benedictio-  
nem. Militante ecclesie licet immeriti disponente Domino presidentes... etc...  
ad quas quidem, literas vos remitteremus et presentibus habere volumus pro  
insertis, finiunt autem sic: « Datum Avinionie IV nonas Julii, pontificatus  
nostri anno secundo. » - quibus literis vestris et diligenter auscultatis propos-  
uit nobis nobilis vir dominus Gotfridus, prior domus in Chünigsvelt prope  
Brunam, ordinis Cartusienis, olomuccensis diocesis, quod religiosus vir  
Styboslaus,



- 1376, 17 sept. -

Styboslaus, prepositus in Luba, ordinis sancti Benedicti, Olomucensis diocesis, per violentam et injuriosam ablationem, quorundam, eorum, injuriaretur eidem, petens sibi et ecclesie sue auctoritate predicta de justitia provideri ac procedi tamquam super notorio simpliciter et de plano, presentem, cum probationes habere se assuret paratas in continenti. Nos igitur in diversis occupati in predictis procedere non valentes, fraternitati vestre auctoritatem nostram, in hac parte in totum, committimus et subdelegamus, vobis eadem auctoritate per excommunicationis sententiam injungentes, quatenus debite requisiti ammoneere seu citare curetis eundem, Styboslaum, ac alias eundem, ad restitutionem rerum et satisfactionem dampnorum, compellere, prout ordo juris dictarum erit et rationis. Datum, et actum, Newnburge feria 1<sup>a</sup> post exaltationem, sancte Crucis anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo sexto. - (Inserit in der Urkunde des Schottenabtes Donat ddo. 9 december 1376. Vid. n<sup>o</sup> 54.) -

Ita Codex Diplomaticus Moraviae, t. XI pag. 60. -

1376, 9 Decembris. - Sentence qui condamne Styboslaus, prévôt de Luba, à restituer 6 chevaux enlevés à la chartreuse de Königsfeld, et à payer auxdits chartreux 36 florins d'or, sous peine d'excommunication. -

Donatus permissione divina abbas monasterii beate <sup>Virginis</sup> Marie Scotorum in Vienna, ordinis sancti Benedicti, Pataviensis diocesis, iudex et conservator subdelegatus a venerabili in Christo patre Domino Chalomanno preposito monasterii in Newnburge canonicorum, regularium, ordinis sancti Augustini, dicte Pataviensis diocesis, iudice et conservatore jurium et privilegiorum, cenobiorum, et cenobitarum, ordinis Cartusianis per Pragensem, et Taurinensem diocesis, constitutorum, ac constitutarum, ad infra scripta specialiter deputatus, universis et singulis ecclesiarum, parochialium, rectoribus seu eorum locum tenentibus per Pragensem, et Olomucensem, civitates et dioceses constitutas, qui presentibus fuerint requisiti vel fuerint requisiti, salutem, in Domino et mandatis

Faint, illegible text covering the page, possibly bleed-through from the reverse side. The text is arranged in approximately 20 horizontal lines.


et mandatis nostris ymo scriis apostolicis firmiter obedire. Dudum literas  
committionis, subdelegationis nobis facte venerabilis in Christo patris Domini  
Cholomanni propositi in Newnburga predicti eius vero sigillo oblongo a tergo  
impresso more solito sigillatas, non abrasas, nec in aliqua sui parte suspec-  
tas, sed omni prorsus vicio et suspitione carentes, nobis per venerabilem, et  
+ religiosum, virum dominum, Gotfridum, priorem, cenobii in Chünigsvelt prope Brun-  
nam, dicte Olomucensis diocesis, presentatas, nos cum ea qua deusit reverencia  
recepisse noveritis per omnia in haec verba: « Cholomannus Dei gracia  
propositus canonicorum, regularium, ecclesie Newnburgensis etc... Datum et actum,  
Newnburga feria IV post exaltationem, sancte crucis anno domini 1376 75 (vid. n.º pres)

Postquam quidem, literarum, presentationem et lecturam, coram nobis  
factam, nos ad dicti domini Gotfridi prioris in Chünigsvelt humilem, instanciam,  
et requisitionem, in causa, que vertitur seu vertebatur vel verti spectabatur inter  
prefatos venerabiles et religiosos viros dominos Gotfridum, priorem, cenobii in Chün-  
igsvelt prope Brunnam, actorem ex una, et Styboslavum, propositum, de Luba,  
ordinis sancti Benedicti, dicte Olomucensis diocesis, reum parte ex altera,  
ipsum, dominum, Styboslavum, propositum, predictum, ad nostri presentiam, preiure,  
peremptorie et legitime curavimus evocare ad certum, peremptorium, terminum,  
competentem, super ablacione quatuor valencium, equorum, prefato domino  
priori per ipsum, facta juris ordine responsuram. In quo quidem, termino dictis  
partibus coram nobis in iudicio legitime comparentibus procurator domini Got-  
fridi prioris predicti sum arde petivit, quatenus prefatum, dominum, propositum,  
in Luba, partem adversam, autoritate nobis tradita compelleremus ad res-  
titucionem quatuor equorum, valencium, dampnorum, interesse et expens-  
arum, assensu, dictum dominum, ... priorem, et cenobium suum, dictis equis  
valentibus injuste et indebite contra jus commune et huiusmodi fundacionis  
privilegia spoliatum, seu domum, suam, spoliatam, prout illud erat notorium,  
evidencia facti permanentis; deum parte adversa negante narrata, de  
consensu utriusque partis certos duxerimus auditores seu testium, receptores  
deputandos, videlicet honestos viros magistrum, Petrum, in Pudwicz jurisperi-  
tum, ac dominum, Petrum, in Monte sancti Petri Brunne plebanos et  
canonicos

*[The page contains extremely faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is too light to transcribe accurately.]*


— 1376, 9 dec. —

canonicos ibidem. Qui receptis testibus utriusque partis pariter ac legaliter examinatis juxta intentiones utriusque partis in termino ipsis a nobis prefixo attestaciones inclusas fideliter remisissent. Quibus quidem attestacionibus de voluntate parium, apertis et publicatis de eorundem, pericium consensu fuit conclusum, in causa habitumque per nos pro concluso, petentibus ipsis partibus, ut eis certum terminum assignarem, prout et assignavimus, quo comparere volebant, prout et legitime fecerunt, nostram sententiam diffinitivam, super propositis, allegatis et probatis audire. Verum, quia invenimus pro parte dicti... prioris sufficienter fuisse ac esse probatum, collacione tamen fidei cum jurisperitis prehabita, quod predictus dominus Styboslaus prepositus in Luba eundem... priorem, ac domum suam, predictam minus juste ac irreligiose spoliasset quatuor valentibus equis, quod... que ipsa spoliatio fuerit publica ac notoria contra jus commune ac... prioris predicti et domus sue privilegia minus debite attemptata, idcirco in termino assignato ipsis partibus coram nobis in judicio comparentibus et hujusmodi nostram sententiam, diffinitivam, a nobis audire petentibus et postulantes, quam talimus in hunc modum, Christi nomine invocato pro tribunalis sedentes et habentes pre oculis solum, Deum: Nos Donatus abbas monasterii Scotorum Wiennensis, ordinis sancti Benedicti, Pataviensis diocesis, iudex prefatus de jurisperitorum consilio et assensu per hanc nostram diffinitivam sententiam, quam, sermo in hiis scriptis, pronunciamus, decernimus et declaramus, religiosum virum dominum, Gotfridum, priorem in Chinnigst, ordinis Cartusienis, Olomucensis diocesis, per dominum, Styboslaum, prepositum, in Luba, ordinis sancti Benedicti, dicte Olomucensis diocesis, quatuor valentibus equis fuisse et esse minus debite spoliatum ac spolium, seu ablacionem, dictorum equorum, per dictum... prepositum, in Luba factam, et factam, fuisse et esse violentam, temerariam, illicitam, indubitam, et injustam, ac violentam, temerariam, illicitam, indubitam, et injustam, ac eum et eam, fuisse et esse notorium, et notoriam, dictumque... prepositum, in Luba ad restitutionem, dictorum equorum, vel eorum, estimacionem, et valorem ac dampnorum, expensarum, et interesse per nos condempnandam, et compellendam.



- 1376. 9 dec. -


compellendum fore censemus, compellimus et condemnamus, quorum  
dampnorum, expensarum et interesse taxationem, vobis impoterem, reser-  
vantes. Quaquidem, sententia sic lata ad requisicionem et petitionem, dicti domi-  
ni... prioris partibus presentibus ad videndum, hujusmodi dampnum, expensas  
et interesse taxari et per nos moderari statuimus certum terminum, preemp-  
torium, competentem. In quo procuratore dicti domini prioris coram nobis  
in iudicio comparente datus et porrectis dampnis, expensis et interesse  
in scriptis et ea ac eas in contumaciam, dicti domini... prepositi non  
comparentis taxare et moderare petivit, que et quas ad triginta sex  
florenos auri boni, iusti et legitimi ponderis per ipsum, prepositum, in  
Luba prefato priori in Chünigsvelt dandos et solvendos prestito primitus  
juramento per... procuratorem, dicti domini... prioris, quod prefatus  
dominus... prior, cum, expendit vel necessarie expendere debuerit, mode-  
ratione premissa taxavimus. Quapropter vobis omnibus et singulis et  
specialiter vobis honestis viris dominis magistro Petro in Padwicz ac Petro  
in Monte sancti Petri Brunne plebanis et canonicis ibidem, predictis ac  
cuiuslibet vestrum, qui presentibus fuerint requisiti, vel fuerit requisitus,  
ita tamen, quod unus alterum non expectet nec per alium, se excuset,  
auctoritate nostra nobis in hac parte commissa in virtute sancte  
obediencie et sub excommunicationis pena, quam vos et quemlibet  
vestrum, trium dierum, canonica monicione premissa incurrere volu-  
mus ipso facto, si mandatis nostris hujusmodi ymo forcius apostolicis  
non parueritis cum effectu, districte precipiendo mandamus, quatenus  
per vos ipsos vel alterum, vestrum, per alium, vel per alios prout re-  
quiremini, dictum, dominum... prepositum, in Luba ammonentes,  
inducatis et requiratis, quem etiam, nos presentibus ammonemus,  
requirimus et inducimus, ut infra quindecim dies a tempore requisicio-  
nis vel ammonicionis sibi facte, computandum, quorum quinque pro  
primo, quinque pro secundo et reliquos quinque dies pro tercio preemp-  
toris termino ac monicione canonica eidem, deputamus, predicto  
domino Gotfrido priori in Chünigsvelt prefatos quatuor equos valentes  
cum triginta



cum triginta sex florenis auri boni ac juste ponderis realiter et affective restituat seu reassignet, alioquin ex nunc prout et tunc sententiam, excommunicationis in dictum dominum Styboslaum, prepositum, ferimus in hiis scriptis, precipientes ac mandantes vobis omnibus et singulis suprascriptis, quibus vel consuetudine vel privilegio verbum divinum, competit predicare, per sententiam, excommunicationis prescriptam, quatenus elapsis predictis quindecim diebus ac restitutione et assignatione dictorum, quatuor equorum, valencium, et triginta sex florenis auri libera ac plena per dictum dominum, ... prepositum, in Luba ipsi priori non facta, dum presentibus fueritis pro parte dicti domini ... prioris communiter vel divisione, requisiti, profatem dominum Styboslaum, prepositum, in Luba singulis diebus dominicis et festis infra missarum, solemnia, dum populi multitudo ad divina confluit, publice et solempnter extinctis candelis et pulsatis campanis tam die sic per nos excommunicationem, denunciare curatis, donec dicto domino ... priori ac sue domui per dictum dominum, ... prepositum, fuerit plenarie satisfactum, ac ipse dominus ... prepositus gratiam reconciliationis et absolutionis studuerit invenire. - In quorum omnium, et singulorum, testimonium presentem, nostrum, processum, per notarium, nostrum, et dicta cause scribam, subscriptum, publicari et sigilli nostri appensione facimus communiti. Datum et actum, Wismie in dicto nostro monasterio in stuba magna circa ambitum, anno Domini Millesimo trecentesimo septuagesimo sexto, indictione XIV, die IX mensis Decembris, hora vespereorum, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Gregoria divina providencia pape XI anno VII (sic) presentibus honestis et discretis viris Nicolao de Leya rectore parochialis ecclesie in GAWAGSCH, Thoma de Plucemenaw presbiteris et Ulrico de Radendorff testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis, Pataviensis diocesis <sup>ante</sup> <sup>(Siate)</sup> <sup>antestitate</sup>

Et ego Petrus Petri de Chremsa Pataviensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius, etc. . . . (Orig. Perg. h. sig. im Arch. des Kl. Raigern). -

Ita codex diplomat. Moravie t. XI n. 54 pag. 43-46. -



1381, 14 Mart. — Les sous collecteurs de la dime papale reconnais-  
sent avoir reçu 2 marks de la chartreuse de Königsfeld. —


Nos Woythochius et Ottaslavicz et Hermannus de Nalks, canonici  
Olomuccenses, sub collectores decime papalis per diocesis, olomuccensem per  
reverendum in christo patrem ac dominum, dominum, Panonem, episcopum, Pol-  
ignanensem, apostolice sedis nunciium, collectorem, principalem, specialiter  
deputate recognoscimus tenore presentium, universis, quod honorabiles religi-  
osi viri monasterii et conventus sancte trinitatis in Camporegio, ordinis  
Carthusiensis, duas marcas grossorum, moravici numeri et pagamenti pro  
bona et integra decima papali cuius integri anni in termino videlicet  
sabbato proximo ante dominicam, Reminiscere, quo in dei ecclesia  
« Intret » decantatur, nobis personaliter presentaverunt integraliter et  
solverunt, de quibus omnibus pecuniis sic nobis presentatis ipsos dominos  
conventum ac monasterium, predictos auctoritate nobis commissa abs-  
olvimus tenore presentium, et quittamus. Datum, Olomucz die XVIII  
mensis Martii anno Domini millesimo CCC<sup>o</sup> LXXXI nostrorum, sigillo-  
rum, sub appensione. — Pro copius de Praga notarius. —

(Orig. Perg. 2h. sig. im Arch. des Kl. Raigern.) —

Ha Codex diplomaticus Moravice, t. XI n<sup>o</sup> 215 pag. 193. —

1381, 25 Maii. — Der Prager Erzbischof Johann überträgt dem Abro-  
witzer Abte und dem Olmützer Canonicus Jaroslaws die Vollmacht, die Rech-  
te des Karthäuserklosters in Königsfeld zu Wahren. Dt. Prag. 25 Maii 1381. —

Johannes Dei gracia sancte Pragensis ecclesie archiepiscopus aposto-  
lice sedis legatus, iudex et conservator iurium, et privilegiorum, et liberta-  
tum, monasterii sancte trinitatis prope Braunau, Carthusiensis ordinis,  
Olomuccensis diocesis, una cum certis meis collegis a sede apostolica spe-  
cialiter deputatus, venerabili et religioso viro... abbate Zabdowicensi,  
Premonstratensis ordinis, dicte Olomuccensis diocesis, et honorabili magistro  
Jaroslao canonico Olomuccensi salutem, et sinceram in Domino caritatem,  
Litteras apostolicas prefato monasterio concessas, bullatas, non viciatas  
nec in aliqua



- 1381, 25 Maii -

nec in aliqua in parte inspectas vidimus, quas religiones sive frater Lau-  
rencius, prior dicti monasterii, exhibuit coram nobis nosque eas cum  
ea, qua debuit, reverencia recepisse noscitis, quorum tenor sequitur sub  
his verbis: Johannes episcopus servus servorum Dei venerabilibus patribus  
... Pragensi et ... Taurinensi episcopis ac ... dilecto filio proposto ecclesie ~~et~~ Neuwen-  
-burgensi, Patavienensis diocesis salutem, et apostolicam, benedictionem. Militanti  
ecclesie, licet immeriti disponente domino presidentes, etiam curam, ecclesiar-  
-um et monasteriorum, omni solertia reddimus indefessa solite, ut iuxta debi-  
-tum pastoralis officii ~~placitum~~ occurramus dispendiis et profectibus divina  
cooperante clemencia salubriter intendamus. Sane dilectorum, filiorum,  
prioris et conventus majoris domus Carthusie, Gracianopolitanensis diocesis,  
aliorumque priorum, et ... fratrum, ac ... conversorum, Carthusiensis ordinis in  
diversis mundi partibus consistentium, percepimus, quod nonnulli venera-  
-biles patres nostri ... patriarcha ... archiepiscopi ... episcopi etc ...

Datum, Prage anno Domini M<sup>o</sup> CCC LXXX primo die XXV mensis Maii,  
in curia nostra Pragensi in sala superior, indictione quarta, pontificatus  
sanctissimi in Christo patris et domini domini Urbani divina providencia  
pape sexti anno quarto, hora quasi terciarum, presentibus honorabili-  
-bus viris dominis Przibislao archidiacono Horssoviensi et Cernisone custo-  
-de et canonico ecclesie Pragensis testibus circa premissa.


It ego Wenceslaus quondam, Pauli de Radegz clericus Pragensis dioecesis  
publicus etc. ... notarius predictarum, litterarum, apostolicarum, sive conser-  
-vatoria presentationi, receptioni, commissioni, subdelegationi etc. inter-  
-fui etc. et requisitus per prenominationem, fratrem, Laurentium, priorem  
hic me subscripsi in fidem, et testimonium, omnium premissorum.

(Inscribit in der Urkunde des blm. Comon. Jaroslau ddo 1. juli 1383.)


Ita codex diplomaticus Moraviae, t. XI n. 226 frag. 196-197. -

1383, 1<sup>a</sup> Julii. — Der Olmützer Kanonikus Jaroslau befiehlt dem  
Pfarrer zu S. Jakob in Brünn, dass er den Probst von Krumowitz nach  
Olmütz citire. Dt. Olmütz 1<sup>a</sup> Julii 1383. —

Jaroslau



Jaroslav senior canonicus ecclesie Olomucensis iudex et conservator iur-  
-ium, et privilegiorum, ac libertatum, monasterii sancte trinitatis prope  
Brunnam, Carthusiensis ordinis, Olomucensis diocesis, cum honorabili et religio-  
-so viro domino, domino abbate monasterii Zabdovicensis, Remonstratensis  
-ordinis, diocesis Olomucensis, modo in hac parte collega, oves reverendi-  
-mo in christo patre et domino, domino Johanne Dei gratia sancte Pragensis  
ecclesie archiepiscopo, apostolice sedis legato, iudice et conservatore  
iurium et privilegiorum, ac libertatum, monasterii sancte trinitatis prope  
Brunnam, predicta a sede apostolica principali legato, subdelegatus,  
honorabili ac discreti viro domino... plebano sancte Jacobi in Brunna  
salutem in domino et mandatis nostris immo veris apostolicis firmiter  
obedire. Noveritis, nos literas reverendissimi in christo patris et domini  
domini Johannis Dei gratia sancte Pragensis ecclesie archiepiscopi, apos-  
-tolice sedis legati <sup>ti!</sup> predicti (sic) sigillo suo consueto impendenti ac manu  
magistri Wenceslai quondam Pauli de Radecz, ibidem Pragensis diocesis  
publici auctoritate imperiali notarii subscripti ac suo signo consueto  
et nomine consignatas et sigillatas cum ea, qua decuit, reverentia recepisse  
noveritis (sic) tenore subsequenti: Johannes Dei gratia sancte Pragensis  
ecclesie archiepiscopus, apostolice sedis legatus, iudex et conservator etc. hi  
Datum Prage anno Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> LXXXI<sup>o</sup> die XXV mensis Maii in curia  
nostra Pragensi, in sala superiori etc. (videtur prole.) — Harum igitur aucto-  
-ritate literarum, apostolicarum, vobis domino... plebano sancte Jacobi  
in Brunna aut vestras vices gerenti in virtute sancte obedientie et sub  
excommunicationis pena, quam in vos, trium tamen dierum canonica  
monitione premissa, ferimus in his scriptis, si mandatis nostris immo  
veris apostolicis non parueritis cum effectu, vobis districte precipiendo  
injurimus et mandamus, quatenus uno edicto pro tribus efficaciter et  
preemptorie honorabilem et religiosum virum, dominum, Idilavum, prefati-  
-tum in Lusha (actual. Krumovitz) ordinis sancti Benedicti, Olomucensis  
diocesis, personales inventum alias publice in domo sue habitacionis ad nos-  
-tram citetis presentiam, quem et nos presentibus citamus, ut feria sexta  
proxima




- 1383, 1<sup>a</sup> Julii -

proxima ante festum, sancte Margarethe coram vobis (in) Olomucz in  
domo vestre habitationis hora tertiara, presumporie compareat, honorabilibus  
+ et religiosis viris, ... fratribus Laurentio priori et conventui domus sancte tri-  
-nitatis prope Brunnam, ordinis Carthusiensis, supradictis super injuriis et alias  
de justitia responsurus. Fidem, vobis vestre fidelis executionis facite per appen-  
- sionem sigilli vestri ad presentes ad terminum memoratum. Datum, Olomucz  
anno domini M<sup>o</sup> CCC octagesimo tercio, die prima mensis Julii nostro sigillo  
proprio subaffenso. - (orig. Perg. & h. sig. im Archiv des Kl. Raigern.) -

Haec codex Diplomaticus Moraviae, t. XI, n<sup>o</sup> 297 pag. 267-268. -

1383, 8 Julii. - Notariatsakt, in welchem, erklärt wird, dass der Bacca-  
-laureus Philipp Hermann aus Brünn die Vertretung des Krumwitzer Probstes  
Sdislaus in dem, vor dem Olmützer Kanonikus Jaroslau zu verhandelnden  
Processu übernommen habe, dt. Wischau 8 Julii 1383. -

In nomine Domini Amen. Anno a natiuitatis eiusdem millesimo treces-  
- tesimo octagesimo tercio, in die sabbato sexta, mensis Julii die octava, hora  
quarta vespere, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri  
domini Urbani divina providencia pape sexti anno sexto, constitutus Will-  
- chaw in hospicio domus matrone Lezechomise in mei notarii publice tes-  
- timonio et in presencia honorabilis viri domini Sdislaus,  
prepositus in Luba, ordinis sancti Benedicti, Olomucensis diocesis, meliori  
modo, jure, causa et forma, quibus melius debuit et efficacius poterit,  
fecit, constituit et ordinavit hunc, verum, et legitimum, procuratorem,  
actorem, factorem, generalem, et unicum, specialem, discretum, virum, ma-  
- gistrum, Philippum, Hermannum, de Brunnam presbiterum, baccalaureum,  
in jure canonico, presentem et omnes procuracionis in se sponte suscipientem,  
in causa, quam sibi movet prior et... conventus monasterii sive domus  
sancte trinitatis prope Brunnam, ordinis Carthusiensis, coram honorabili  
domino Jaroslao canonico ecclesie Olomucensis, datus et concedens dicto suo  
procuratori plenam, et liberam, potestatem, et auctoritatem, ad agendum, et de-  
- fendendum, libellum, seu libellos et quascunque petitiones alias dandum  
et recipiendum



et recipiendum, excipiendum, et replicandum, litem contestandum, et calumpnia  
et veritate dicendum, etc. (folgen die weiteren Worte der gewöhnlichen Vollmacht  
-formel). - Acta sunt haec anno, in die, mense, die, hora, loco et pontifi-  
-catus quibus supra, presentibus discretis viris domino Nicolao de Muslaw e  
-presbitero, Erasmo de Gelcz et Johanne de Wisschan clericis Olomucensis  
-diocesis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Itaque Gotfridus Crempa clericus Lubicensis diocesis publicus imperiali  
auctoritate notarius etc. (Orig. Perg. h. sig. im Archiv e des H. R. Augern.)

Haec Codex diplomat. Moraviae, t. XI, n. 300 pag. 274-275. -

1384, 20 Dec. - Der Olmützer Kanonikus Jaroslau entscheidet den Streit  
zwischen der Kartause in Königsfeld und der Probstei in Kunrowitz. <sup>dt. Olmütz</sup>  
(Sentence du chanoine d'Olmütz pour le procès entre la chartreuse et le prévôt) - <sup>20 Dec. 1384</sup>

In nomine Domini amen. Nos Jeronimus alias Jaroslau, canonicus ol-  
-mucensis a reverendissimo in Christo patre et domino domino Johanne sancte  
-pragensis ecclesie archiepiscopo et apostolice sedis legato, principali conser-  
-vatore iurium et privilegiorum, domus sancte Trinitatis prope Brunnam,  
-ordinis Carthusiensis, subconservator iurium et privilegiorum, predictorum,  
-specialiter deputatus, omnibus in perpetuum, quorum interest vel interesse  
-proterit in futurum, cupimus fore notum, quod cum causa, que vertebatur  
-inter religiosos viros, videlicet dominos Sdislaum, olim prepositum, in Luba  
-prope Brunnam, et conventum, monasterii in Luba predicti ex una, et Lauren-  
-cium priorem et conventum, sancte Trinitatis, ordinis Carthusiensis, predictorum,  
-prope Brunnam, parte ex altera, super quibusdam certis pratis quinque,  
-videlicet Hofgharten et sexti, qui Prayten nuncupantur in silva Luba ja-  
-cencium, coram nobis usque ad sententiam, diffinitivam, fuerit processum,  
-inclusive juris ordine observato, et nos auditis, intellectis et examinatis pra-  
-cium, iuribus deliberatione cum jurisparitis prehabita diligente, pro religionis  
-viris dominis Laurensio priore et fratribus monasterii sancte Trinitatis predicti  
-contra religiosos fratres dominum Sdislaum, olim prepositum, in Luba pre-  
-dictum, et nunc conventum, Deum solum habendo pro oculis, sententiam  
- super predictis



super predictis pratis tuberamus diffinitivam, ipsum Sdislaum, ab occupatione  
dictorum pratorum, amovendo, decernentes nichilominus premissa cum singulis  
suis pertinentiis ac cum fructibus perceptis et qui percipi poterant per octo  
annos singulis annis ad quatuor marcas grossorum, fraglincium, moravici  
numeri et pagamentu, et cum expensis in lite factis fore et esse restituenda  
ac ipsos ad hoc esse condemnandos, prout per sententiam diffinitivam  
nostram in personam domini Philippi ipsorum procuratoris eidem priori  
et conventui monasterii sancte trinitatis in personam domini Mathie pro-  
curatoris ipsorum, sentencialiter condemnarimus in scriptis, a qua senten-  
cia per Philippum procuratorem predictum ad sedem romanam fuit appella-  
tum, et apostolici instantes petite et recepti. Tandem honorabilis vir dominus  
Andreas dicto domino Sdislao in prepositum monasterii in Lubae subrogatus  
volens litibus finem imponere, prius tractatu habito inter se, ipse prepositus  
+ in Lubae suo et sui nomine conventus et dominus Laurentius prior monas-  
terii sancte trinitatis predicti sui et sui nomine conventus in nos Teronim-  
um, predictum, tanquam in arbitrum, arbitratores, et amicabilem, com-  
positorem, voluntarie et certa sciencia, non per errorem, super litibus et  
rebus premissis et omnibus aliis questionibus, controversis, que inter ipsos  
vertebantur occasione premissorum, de alto et basso sollempni stipulatione  
prehabita concorditer compromiserunt, prout in istrumento publico  
super predictis confecto plenius continetur. Nos vero Teronimus predictus  
visis, auditis, intellectis et iudicialiter examinatis parciis, iuribus, de lib-  
eracione prehabita diligenti, pro bono pacis et concordie ex vigore compro-  
missi predicti, Christi nomine invocato, laudamus, ordinamus, arbitramur,  
diffinimus et dicimus atque precipimus, quod dominus Andreas prepositus  
in Lubae predictus priori et conventui monasterii sancte trinitatis, ordinis  
Cartuziensis, restituere debeat prata predicta et in plenam possessionem,  
dictorum pratorum, cum suis limitibus sine omni protractione induceret  
eodem, que et quos prata et limites debent demonstrare duo vel tres villani  
idonei et iurati per ipsorum conscientias. - Item, quod dicti prepositus et con-  
ventus in Lubae et successores eorum priores, et conventus, Cartuzienses,  
dominus ante



- 1384, 20 dec. -

Domus sancte trinitatis et ipsorum successores in possessione pratorum et limi-  
-tum predicatorum, de cetero non impediunt nec viam, versus prata illa per  
silvam, nam, prohibeant. Item, laudamus, ordinamus, arbitramur et  
diffinimus, quod ammodo nullam questionem, seu litem, contra predictos  
movere debeant sub fidei et honoris puritate, quod si fidei huc immemores,  
movere aliquam, litem, et eam, prosequi presumpserint, statim antequam,  
litem, ingrediuntur precepta videlicet triginta duas marcas denariorum,  
fraglusium, moravici numeri omni executione postposita, in quibus pre-  
-ceptis per nos condemnati fuerunt, plane et integraliter persolvant priori  
et conventui sancte trinitatis antedictis. Item quod pro expensis in lite  
factis tres marcas domino Laurencio priori et conventui Carthusiensi infra  
unum, mensem, a die nostre pronunciacionis indilate persolvant. Item,  
quod talem restitutionem, et arbitri pronunciacionem, in presentia illu-  
-tris principis et domini domini Todoci marchionis Moravie et in presentia  
ipsius prioris Carthusiensis publicent et publicare procurent et ipse prepositus  
in Luba eandem, pronunciacionem, coram domino marchione predicto  
confiteatur se ratam, habere et gratam. Item, dictum, priorem, sancte trinit-  
-atis Carthusiensem, ab impetitione prioris et conventus in Luba, ordinis sancti  
Benedicti, ab impetitione ipsorum dudum presentibus et in huius, scriptis absolven-  
-do perpetuum, silentium, eis super predictis imponentes. Et hec omnia laudamus,  
arbitramur, diffinimus, dicimus atque inviolabiliter fieri precipimus et  
observari sub pena in compromisso apposita in singulis capitulis laudi et  
compromissi, si contra factum fuerit committenda salvo et reservato nobis  
arbitrio et potestate declarandi, interpretandi et corrigendi super predictis,  
ubicunque et quantumcunque videri fuerit expediri et super predictis et  
quolibet predictorum, iterum semel et pluries pronunciacionem. Quia quidem,  
pronunciacione sic facta ipse dominus Andreas prepositus nomine suo et  
monasterii in Luba pro se, ac dominus Melico vicarius perpetuus ecclesie  
Olomucensis vice et nomine domini Laurencii prioris et conventus mon-  
-asterii sancte trinitatis ipsa arbitrium, laudem, et pronunciacionem,  
expresse grata et rata habuerunt eaque laudaverunt, approbaverunt, et  
ratificaverunt



- 1384, 20 Dec. -

ratificaverunt et emologaverunt. In quorum testimonium, nostram sigillam, de nostra certa scientia presentibus est appensum. Datum et actum Olomucz in domo habitacionis nostre in castro Olomucensi anno domini millesimo tricentesimo octuagesimo quarto vicesima die mensis decembris (1384, 20 dec.), indiccione septima, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini domini Urbani divina providencia pape secuti anno septimo. Presertim honorabilibus et discretis viris domini Stephano vicario perpetuo ecclesie Olomucensis, Johanne Nicolao dicto Paldik et Johanne prebendatis ipsius ecclesie Olomucensis et aliis pluribus fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Mathias natus Duchconis de Olomucz clericus Olomucensis publicus auctoritate imperiali notarius etc.

(Orig. Perg. h. sig. im Archive des Kl. Raigern.) -

Sta. Codex diplomaticus Moraviae, t. XI, n. 340 pag. 312-314. -

1387, 16 Maii. - Heinrich, Prior der Karthäuser in Strassburg, und Johann, Prior der Karthäuser in Erfurt (est Würzburg), bestimmen im Auftrage der grossen Karthause die Grenzen des Karthäuserklosters in Königsfeld bei Brünn. Dt. c. 16 Maii 1387. -

Noti fratres Henricus et Johannes domorum... Argentina etc. Herbipolis ordinis Cartusienensis priores domum sancte Trinitatis prope Brunnam, et speciali commissione domini Cartusie et diffinitorum, visitantes terminosque domui eidem, ut religio nostra melius servetur, competentes diligencius examinantes pro monachis fossata ab aquilone et austro fluviumque, ad orientem ortum domus seu gardium, ab antiquo terminancia cum muro vicium et septis retro cellas versus aquilonem, et occidentem, inclusoput eo, versus austrum ad tempus sitatas quo ad usque domus muris in posterum deo dante iungatur, qui ex tunc pro terminis habentur, pro possessionibus vero seu procuracione duo miliaria circumquaque, pro adquisicione quoque bonorum, que bis vel ter in anno procurator visitare jussu... prioris poterit, sex miliaria undequaque terminos deputavimus et presentibus

deputamus



- 1387, 16 Mai -


deputamus attingendos. Rogantes... <sup>dominum?</sup> Cartusie et... diffinitores futu-  
ros, quatenus eosdem terminos domus supradicte se subscribendo et nobis  
cum sigillando vultint confirmare. Datum anno domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>LXXX  
septimo circa ascensionem Domini, nostris sub signetis presentibus hic  
appensis. Approbantes raturam, in decima linea presencium, factum, sub  
dictione sed errore non fraude.

(Beigefügt ist obiger Urkunde die Bestätigungsklausel: Et nos fratres Cristo-  
phorus prior Cartusie ceterique diffinitores capituli generalis ordinis Car-  
tusiensis confirmamus et approbamus. Datum in domo sancti Johannis  
de Seitz anno domini MCCCXCVIII <sup>1388?</sup> die VIII<sup>o</sup> mensis Maii sexte, nostro  
capitulo generali cum appensione sigilli domus Cartusie in testimo-  
nium premissorum. - Orig. Perg. 3h. verletzte Sig. im Archiv d. des Klost. R. aigern.)

Ita Codex Diplomaticus Moraviae, t. XI, n<sup>o</sup> 630, pag. 380-381.

1387, 29 Juni. - Der Karthäuser Convent von Königsfeld bei Brunn  
verspricht dem Priester Johann Zapfel, für die von ihm geschenkten Bücher  
für seine Lebenszeit den nöthigen Unterhalt in der Karthause zu geben. Dt.  
Königsfeld 29 Juni 1387. -

Nos frater Georgius totiusque conventus domus sancte trinitatis prope  
Brunnam, ordinis Cartusienis, recognoscimus universis presentes inspecturis,  
quod honorabilis vir dominus Johannes dictus Zapfel presbyter diocesis  
Olomucensis, divini verbi sollicitus predicator, ad nos et ad ordinem nos-  
trum, speciali zelo devotionis affectus omnes libros suos animo volun-  
tario et deliberato nobis et domui nostre legatione perpetua tradidit et  
donavit in remedium anime sue et morum omnium precessorum, nihil tibi  
paris preter usufructum, in domo nostra vel etiam extra domum, ubi unquam  
fuerit, in eisdem libris pro se necessariis quoad vixerit retinendo, de quibus  
etiam libris, quotquot sibi placuerit de libraria recipiendi seu iterum repro-  
nendi plenam habebit potestatem, post mortem vero suam predicatoribus  
sancti Petri et sancti Jacobi in Brunnna, qui pro tempore fuerint, de  
predictis libris preter biblicam pro studio predicandi necessariis per eos,  
cum ab ipso



- 1387, 29 Junii -

cum ab ipsis rogati fuerimus, concedi disponendo, petens nihilominus instanter, quatenus pro huiusmodi librorum donatione nobis placeret mansionem perpetuam in domo nostra sibi concedere et de victualibus nobiscum, consuetis quandiu vixerit providere. Nos igitur ipsius Domini Johannis affectuosis petitionibus et conversatione laudabili provocati matura et sufficienti deliberatione super hoc inter nos habita et premissa domumque nostram, per ipsum dominum, Johannem, magis promoveri sperantes ac nostram, et necessorum nostrorum, in usufructu predictorum librorum, consolationem, pretendentes, consensu omnium nostrum ad hoc accedente, de licencia venerabilis in Christo patris nostri Domini Johannis prioris Cartusie speciali, concedimus prefato Domino Johanni infra septa domus nostre, salva pace nostra, perpetuam mansionem, promittentes eidem, prebendam, precariam, quoad victum, et amicitiam nobiscum consimilem, pro huiusmodi librorum donatione, quandiu in hac vita subsisterit, ministrare. Datum in domo nostra anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup> LXXXVII<sup>o</sup> in die beatorum Petri et Pauli apostolorum, sub appensione sigilli domus nostre memorate in testimonium, premissorum. Adiciamus ad supradicta, quod carnes cum familia nostra vel quidquid eis ministratum fuerit, comedere poterit quo eis cuique sue placuerit voluntate.


(Orig. Perg. h. sig. im Archive der Königl. Stadt Brünn.) -

Sta Codex Diplomaticus Moravice, t. XI n<sup>o</sup> 439 pag. 388-389. -

---

1391, 28 Aug. - Markgraf Jodok entlässt den Hofbesitzer Konrad in Cernowitz aus seiner Unterthanigkeit und macht ihn zum Unterthan des Karthäuserklosters in Königfeld. Dt. Brünn 28 Aug. 1391. -

Jodocus Dei gratia marchio et dominus Moravie in teum, facimus temore presentium, universis. quod in celo zelo devocionis ad monasterium domus sancte trinitatis in campo regio, ordinis Cartusienis, et nostre fundacionis locum, afficimus et ferventi animo meditamus, qualiter eidem domini et patribus in eadem, degentibus de commodo, profectus at tranquillitate possemus providere, ut tanto devocius absque impedimento idem fratres in



- 1391, 28 Aug. -


fratres in eodem monasterio existentes oracionibus possent vacare,  
creatorem altissimum, pro nostrorum, predecessorum, et nostrarum anima-  
rum salute exorantes. Sed quia prior et conventus predictae domus sancte  
trinitatis in Campo regio villam totam, Gernowicz cum omnibus suis pertinen-  
ciis et pleno dominio genitoris nostri dicitur memorie et nostra largicione  
dinoscuntur obtinere praeter unam curiam ibidem, quam Conradus tenet et  
de qua nobis obligatur idem, famulari: nos igitur volentes predictum mo-  
nasterium, et domum, cum priore et conventu prefatis graciosius promo-  
vere, ne propter exclusionem, huiusmodi curie, de qua possessores ejusdem,  
teneantur nobis servire, ipsi prior et conventus et monasterium, predicti  
aliqua incommoda paterentur, prefatum Conradum, et universos her-  
edes et successores ipsius, qui dictam curiam teneant, ab omni servi-  
tutis onere, ad quod nobis ratione ejusdem curie obligari dinoscen-  
tur, ex omnibus et dimissimis liberos perpetue et solutos et tenore  
presencium, de certa nostra sciencia libertamus, decernentes expresse,  
quod idem Conradus, heredes et successores sui, qui predictam curiam  
teneant, omnem respectum, ad prefatos priorem, et conventum, monaste-  
rii et domus predictorum debeant habere et jam de cetero cojure et  
consuetudine, quibus nobis fuerint obligati, eidem priori et conventui  
tamquam dominis eorum, hereditarie famulari. Presencium, tunc nostro  
appenso sigillo testimonio literarum. Datum, Brunne anno Domini  
millesimo trecentesimo nonagesimo primo, die sancti Augustini.

(Orig. Perg. h. sig. im Archive des Klosters Raigern). -

Itam Codex diplomaticus Moraviae, t. 12 n. 64 pag. 34. -

1395, 26 Aug. - Slavek von Proseč verkauft das Dorf Obřany bei  
Brünn den Karthäusern in Königsfeld. - Dt. 26 Aug. 1395, s. l. -


Ego Slavko dictus Nyemcz de Prassyeczze ad universorum, tam pre-  
sencium, quam futurorum, noticiam, cupis pervenire. Quod bona matre-  
raque deliberatione sanoque amicorum, ac consanguineorum, commu-  
nicato consilio villam meam, Obřany prope Brunam, cum omnibus  
et singulis



1395, 24 Aug.


et singulis suis bonis ac pertinentiis, duabus videlicet allodialibus curiis incolis, vineis, agris cultis et non cultis, pratis, pascuis, montibus, collibus, silvis, rubetis, nemoribus, paludibus, aquis et fluminibus, piscacionibus, venacionibus et aucupacionibus, vis et gadibus ac univ'ersis, que a dicturo tempore ad eandem villam spectare videntur, quibuscunque censuante nominibus, omni eo jure ac dominio, prout ego eandem villam a meis predecessoribus comparando hucusque tenui ac possedi, nichil omnino proprietatis ac domini michi et heredibus meis in posterum reservando, excepto solum quadraginta grossorum, cense, quem plebanus ecclesie ibidem in Obirzany a longis et retro actis temporibus annuatim, consuevit ville dominio censuare, iusto ac vero venditionis titulo rite et realiter vendidi et presentibus vendo religiosi viri priori et conventui monasterii campi regalis prope Brunam, Karthusianensis ordinis, Olomucensis diocesis, et eorum successoribus universis pro centum et nonaginta sexagenis grossorum, pragensium me paratis in pecunia recognosco. Residuum vero pecunie prefate michi dare et solvere tenentur duobus in terminis, in sancti Georgii videlicet vel in quatuordecim, diebus immediate post medietatem, et in sancti Michaelis vel quatuordecim, diebus post immediate festis proximis et remutuo sequentibus, dilacione et contradictione quibuscunque proculmotis, ad tenendum, regendum, uti fructum, ac hereditarie et perpetuis temporibus possidendum, necnon in usus proprios convertendum, et cum eadem villa disponendum, prout ipsis melius videbitur expedire, sub punctis, conditionibus et articulis infrascriptis.

Primo videlicet et principaliter, quod ego Slavko predictus eandem villam, Obirzany tenere et inhabitare possim, et de eo vice et nomine predictorum prioris et conventus, araturas quoque pro annis hiemalibus tamen ad ipsorum voluntatem seminare, incolas vero ipsius ville in nullo penitus conturbare vel quibuscunque exacionibus, stercis, robotis ac aliis donariis justis vel injustis quomodo libet aggravare. Sed quando <sup>quoque</sup> qual per ipsos priorem, et conventum seu alium eorum, nomine monitis et requisitis fuero, extunc de eo et teneor ipsi eandem villam, liberam, et solutam, semotis difficultatibus



- 1395, 26 Aug. -

Difficultatibus et contradiccionibus resignare. Insuper dicti prior et conven-  
-tus empirionem presentem, habere debant in ipsorum arbitrio optacione  
-ac voluntate, quod si quocumque interveniente casu ipsis infra hinc et  
-sancti Georgii festum, proximum, eandem villam, pro summa dictae pecunie  
-habere et tenere non expedierit seu simpliciter habere noluerint, neque  
-pro pecuniis quinquaginta marcarum, michi, ut superius est expressum,  
-per eos persolveris mouerint seu mouere proceraverint, extunc ipsis  
-prefatos quinquaginta marcas una cum censu de predicta villa pro  
-termino sancti Georgii proveniente ego prefatus Slawko unacum sub-  
-scriptis fidejussoribus infra duorum mensium spacium, mutuo se sequen-  
-cium, a monicione ipsorum, computando, teneor et promitto absque  
-contradiccione et difficultate persolvere pecunia comparata. Casu  
-vero quo ipsi prior et conventus predicti monasterii ipsam villam, Obizany  
-et ipsam empirionem, rationem, habere voluerint, extunc nos Slawko dictus  
-Nyemecz de Prossyeczye venditor principalis, Jan dictus Przybik de  
-Odlochowicz, Martinus dictus Purnstajn de Pomycticz, Lewa de Zydyenicz  
-Myeczko de Opathowicz, Jan de Blisicz et Conradus de Czernowicz nos-  
-trique heredes fidejussores, compromissores ac disbrigatores, omnes in  
-solidum, manu conjuncta et indivisi sub fidei nostre puritate promitti-  
-mus et spondemus sanctis dolo et fraude, predictis priori et conventui  
-monasterii supradicti et eorum successoribus necnon ad fideles manus  
-nobilis domini Erhardi de Chunstatac ipsius heredum, dictam villam,  
-Obizany cum omnibus suis pertinenciis, jure ac dominio ac universis et  
-singulis superius expressatis generaliter ab omnibus impeticionibus ho-  
-minum, supis cunque status, reus vel condiccionis, jure canonici, terrestri  
-vel civilis et specialiter ab impeticione domine Anne de Plawcz, Fran-  
-konis de Radkow conthoralis, que centum, et quinquaginta marcas  
-grossorum nomine dotalicii super villa eadem, intabulatas habere  
-dicitur, omnimode disbrigare et nichilominus in proximo dominorum  
-terre colloquio Brune, quam primum, tabule terre aperte fuerint, eand-  
-em villam se predictis priori ac conventui eorumque successoribus inta-  
-bulare alisque



- 1395. 24 Aug. -

- bulare aliisque quibuscunque dicta villa intabulata fore dinoscitur,  
extabulare penitus et delere. si vero, quod absit, legitime prepediti  
impredimentis hoc commodum facere nullatenus valeremus, tunc in collo-  
quio dominorum immediate sequente premissa adimplere omnesque  
et singulos articulos promissionis superius expressos effectualiter et  
sine dispendio consummare promittimus occasione et negligentia nostra  
premitis non obstantia. Quod si non fecerimus, quod absit, et in premissis ac  
premissorum aliquo negligentis fuerimus, tunc illis deo et nobis fidejusso-  
ribus et disbrigatoribus predictis, qui per nominatos priorem, ac conventum  
dicti monasterii ac eorum, successores seu eciam, per dominum, Erhardum,  
vel heredes ipsius monitii fuerimus, unus per absentiam, alterius se non  
excusans nec unus alium, expectando, promittimus bona nostra fide ac  
debemus cum duobus equis in civitatem, Brunam, in domum, honesti hospi-  
tis per ipsos fratres nobis deputatum, subintrare vel quivis pro se alium,  
honestum, et idoneum, militaris ordinis submittere ad prestandum, ibi-  
dem, obstagium, solitum, et consuetum, etc. (Folgt die gewöhnliche Einlager-  
formel.) Et si tempore medio aliquem fidejussorem, dictorum, de hac vita  
migrare contigerit, quod infra annis mensis spacium, ipsi fratribus unum  
alium, tam mobilem, quam facultatibus valentem, in locum defuncti  
tenebimus collocare literarumque presentem, de verbo ad verbum, mutato  
solum, defuncti nomine in nomen fidejussoris substituti, per omnia in-  
novare. Accidente vero casu, quo predicta omnia et singula prestito  
obstagio vel non prestito, quod absit, non impleverimus vel quomo-  
dolibet non poterimus, extunc damus ipsis priori, conventui ac eorum,  
successoribus presentibus plenam, posse, dictos centum, cum, nonaginta  
sexagenas cum omnibus dampnis probabilibus de super accretis reci-  
piendi in judeis vel christianis super omnia bona nostra mobilia et  
immobilia ubique habita vel habenda, ac nostrorum, omnium, super  
dampna. Presentem sub appensis nostris sigillis testimonio literarum,  
sub anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo quinto, die sancti  
Bartholomei apostoli gloriosi. — (Orig. Perg. 7h. sig. im Archiv des Klosters Raigern.)  
Ita Codex diplom. Moraviae, t. 12, n. 277 pag. 258-260. —



1396, 9 Junii. — Markgraf Todorik bestätigt den Kauf des Gutes Obrian durch die Karthäuser in Neudorf (Königsfeld). Dt. Prag 9 Junii 1396.

Nos Todorus Dei gracia marchio et dominus Moravie notum facimus tenore presentium, universis. Quod ob devotam et supplicem petitionis instantiam, honorabilem, ac religiosorum virorum, prioris et conventus in Nova Villa domus sancte trinitatis, ordinis Carthusiensis, nobis specialiter dilectorum, et presertim, ratione sinceri affectus, quem erga prefatas personas gerimus, ad contractum, emptionis bonorum, in Obrzans, que a Nyempezone de Obrzano dinoscuntur comparasse, benivole consensimus et animo deliberato ac de certa nostra scientia ad prefatam, emptionem, graciosè consentimus presentibus et favemus, sic quod prior et conventus prefati monasterii Carthusiensis ipsa bona Obrzans, que a prefato Nyempezone, ut prefertur, comparasse noscuntur, habere valeant de nostro speciali favore pacifice et quiete. Volentes etiam, et vobis camerario egedario et notario egedi Bravensis nostris fidelibus et dilectis, presentibus seriose precipimus et attente, quatenus ad requisitionem, prefati Nyempezonis prefata bona Obrzans cum omnibus suis pertinentiis antedicto priori et conventui monasterii Carthusiensis in primo colloquio dominorum, dum tabule terre spectaverint, intabulare absque omni recusacione debeat negligencia etiam qualibet pretermissa. Presentium, sub nostro appens et sigillo testimonio literarum. Datum, Prage anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo sexto, feria sexta proxima post octavas Corporis Christi. — (Auf der Plicatur: Ad mandatum, domini marchionis Theodericus de Praga. — Orig. Perg. h. sig. im Archive des Stiftes Raigern.) — Ita codex diplomaticus Moravie, t. 12 n. 320 pag. 297. —

1397. — Wolfram Erzbischof von Prag überträgt die Untersuchung gegen die Schädiger der Karthäuser in Königsfeld dem Probstem bei St. Peter in Briinn und dem Officialen des Olmützer Bischofes. — Dt. Skvora 1397. —

Wolframus Dei gracia sancte Pragensis ecclesie archiepiscopus, apostolicæ sedis

Faint, illegible text covering the page, possibly bleed-through from the reverse side. The text is too light to transcribe accurately.

-tolice sedis legatus, iudex et conservator iurium et privilegiorum, ac libertatum  
prioris et conventus ac monasterii sancte Trinitatis prope Brunam, ordinis  
Carthusiensis, Olomucensis) diocesis, unacum, certis nostris in hac parte  
collegis a sede apostolica specialiter deputatis, venerabilibus viris dom-  
inis preposito ecclesie collegiate sancti Petri in Bruna, Olomucensis  
diocesis antedite, et officiali curie episcopalis Olomucensis salutem et  
sinceram in Domino caritatem. Literas apostolicas prefatas priori et  
conventui ac monasterio concessas in pergamento scriptas, more Rom-  
ane curie bullatas, sanas et integras omni vicio et suspitione carentes,  
nobis per honorabilem, dominum, Wenceslaum, de Dobziczan, presbite-  
rum, nostre Pragensis diocesis, procuratorem, legitimum, predictorum,  
dominorum prioris et conventus ac monasterii memorati, plenum  
mandatum, ad hoc habentem, pro ut nobis de huius modi mandato facta  
est per Dominicum, notarium publicum, infra scriptum, plena fides, pres-  
entatas nos cum ea, qua decuit, reverentia nos iter recepisse per omnia  
sub his verbis: « Johannes episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratri-  
bus Pragensi et Taurinensi episcopis copis ac dilecto filio preposito ecclesie Neumbur-  
gensis etc. Datum Avinionis quarto nonas Julii pontificatus nostri anno secun-  
do. » - Post quarum, litterarum, apostolicarum, presentationem, et recep-  
tionem, pro parte prescriptorum, dominorum prioris et conventus monas-  
terii sancte Trinitatis antedite per prefatum, dominum, Wenceslaum,  
presbiterum, procuratorem, legitimum eorundem, fratrum, fuimus cum,  
instancia debita requisiti, et ad executionem, eorundem, procedere et  
ipsis nonnullas literas contra molestatores et injuriatores ipsorum de-  
cernere deberemus. Nos igitur dicte sedi apostolice tanto promptiori  
affectu, ut ex debito obediencie tenemur, quanto dictam, nostram, eccles-  
iam, cuius regimini licet immerite presidemus, non solum, archiepisco-  
pali dignitate et vocabulo, verum etiam, honorabili legationis officio  
prefata sedes apostolica dignata est pre ceteris sublimare, sed quia pre-  
quenter nostris et ecclesie nostre preoccupati negotiis premissorum  
executioni ad requisitionem, dictorum, fratrum, intendere non possumus,  
et vellemus,



ut vellemus, idcirco vobis dominis supradictis ambobus vices nostras in hac parte committimus per presentes, donec eas ad nos duxerimus revocandas. Ita videlicet, ut dictis fratribus efficacis defensionis presidio assistantes nos permittatis eos contra tenorem, privilegiorum ipsorum, a quibuscumque molestari, nec eis aliqua gravamina seu dampna vel injurias irrogari, facientes dictis fratribus de illatis injuriis, molestacionibus et gravaminibus contra tenorem eundem, in illis videlicet, que judicialiter requirunt indaginem, per viam iudicii, in aliis vero prout qualitas ipsorum, exigat iusticie complementum. In quorum omnium testimonium, et fidem, presentes nostras literas per Dominicum, notarium publicum, infrascriptum, scribi et publicari mandavimus equeque signo et nomine solite in acun, appensione sigillorum, nostrorum jussimus committi.

Acta sunt hec in castro nostro Squorez anno domini millecimo trecentesimo nonagesimo septimo, indictione quinta, die XXVII. (Der Monat im Orig. nicht angegeben.), hora completorii vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Bonifacii divina providencia pape nomi anno octavo. Presentibus venerabilibus viris dominis Johanne Kbel secretorum, doctori curie nostre pragensis officiali, Nicolao Puchnik licenciato in eisdem decretis nostro in spiritualibus vicario generali, Wenceslao preposito ecclesie Missnensis, mobili Johanne de Wlassin, Johanne clerico de Praga circa premissa testibus et aliis pluribus fide dignis.

Et ego Dominicus quondam Nicolai de Budweis, clericus pragensis & ecclesie imperiali auctoritate publicus notarius etc...

(In dorso: Anno XCIX oblata per dom. priorem, Carthusiensium, in stabula domini prepositi die VI mensis februarii hora vespiorum, presentibus Johanne Schalda plebano in Pozoricz et Johanne... Orig. Perg. h. sig. abgerissen im Archiv des Klosters Raigern.) —

Ita codex diplomaticus Moraviae, t. 12, n. 666, pag. 600-601. —

---

1401, 3 nov. — Johann, Bischof von Olmütz, bestätigt den Tausch, welchen der Karthäuser. Convent in Königsfeld bezüglich seines Wein-  
-berges bei

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is extremely faint and illegible due to the high contrast of the scan. It appears to be a continuous block of text, possibly a letter or a journal entry, covering most of the page area.

- 1401, 3 nov. -

- berges bei Barfuss und der Pfarrer in Strutz bezüglich drei Mark  
jährlichen Zinses in Cernowitz eingingen. - Dt. Bümm, 3 nov. 1401.

Nos Johannes etc. notum facimus tenore presentium, universis.

Quod in nostri presentia personaliter constituti honorabilis et religiosus  
+ vir frater Georgius, prior monasterii Kartusienensis sancte Trinitatis in  
campo regio prope Brunam, nostre diocesis, tuo et conventus tui nomine  
ex una, et discretus vir dominus Nicolaus plebanus ecclesie in  
Strutz, ejusdem diocesis, parte ex altera, matura deliberatione  
et digno consilio prehabitis, sponte ac libere non coacti certa bona  
videlicet ipse frater Georgius prior quandam vineam, dicti tui monasterii  
minus (?) curatam, quondam Mellini prolocutoris, sitam in montibus prope  
villam Parfus, pro tribus marcis perpetui census in Girmowitz, que  
prefati domini Nicolai et ecclesie sue parochialis in Strutz fuere, per  
ipsum fratrem Georgium, et dictum tuum monasterium, ac successores  
tuos ab impedimento annis singulis in terminis consuetis percipi-  
-endis, tollendis et levandis, ipse quod dominus Nicolaus preactas tres  
marcas tuo et ecclesie tue nomine pro suprascripta vinea percipere  
similiter habenda, uti fructu, tenenda temporibus perpetuis, viceversa  
hinc inde permutarunt, ita ut deinceps idem census trium marcarum  
qui olim precarrate ecclesie tue in Strutz fuerat, jam non tuis aut  
ecclesie tue ejusdem, (?) vel successorum tuorum, quin potius prelibati  
monasterii ex commutatione prescripta perpetuis temporibus censua-  
-tur; e qua ratione predicta vinea, que olim memorati monasterii  
Kartusienensis fuerat, preteritis commutationis predicti domini  
Nicolai et successorum tuorum, ac ipsius ecclesie in Strutz sita et debet  
esse. De quibus bonis videlicet dominus Nicolaus plebanus in Strutz  
tuo et ejusdem ecclesie tue nomine de tribus marcis presentatis et  
ipse frater Georgius tuo et tui conventus nomine de precarrata  
vinea ipsi hinc inde cesserunt unus alteri eadem simpliciter et de  
plano, aliqua conditione non adjecta resignando, quam commutatio-  
-nem sic, ut premittitur, factam petiverunt ipse partes hinc inde aucto-  
-risari et

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 25 horizontal lines across the page.


- 1401, 3 nov. -

- risari et approbari. Nos igitur considerato hoc, quod ipse partes eandem  
commutationem pro se utrimque utilem, affirmantes esse laudave-  
runt, votis earum, annuentes in hac parte, reprefatam, commutatio-  
nem sic, ut premissitur, factam, auctoritate ordinaria auctorizavimus,  
ratificavimus, approbavimus et presentibus auctorizamus, ratifica-  
mus, approbamus in hiis scriptis, Harum, nostrarum, etc... Datum,  
Brune anno Domini M<sup>o</sup>CCCC<sup>o</sup> primo, feria V post festum omnium sanc-  
(Kremsierer Lebensquatern II. pag. 154.). - (-torum.

Ita Codex diplomaticus Moraviae, t. 13 n<sup>o</sup> 146 pag. 157. -

1405, 7 Aug. - Notariatsact über eine Zeugenaussage, betreffend  
